

videri. Deinde anne justa causa sit, cur mihi uni succenseas non Amerbachio, non Rectori Plattero, non Scholarchis nostris. Fiat autem quod Deo videbitur. Ego vero in aurem tibi hoc edicere possum, quod res est, me autore factum, ne allegaretur coram nostris Jus Academiae nostrae in D. Scherbium, qui quum olim Erasmano usus sit stipendio, revocari poterat pleno jure. Si ne nunc a quoquam allegabitur, tum id fiat quod opto, ut sui juris sit D. Scherbius: ubieunque tandem illi sit Deo serviendum. Fateor autem dolere mihi nonnihil, quod audio rationes, quas κεφαλιωδῶς annotaram, quadantenus nigro sale asperfas. Sed hunc absterget Christus, cui experior me curae esse: cui etiam vos omnes & Remp. & Academiam vestram unice commendo. Otto a Grünrad & alii pii qui Heydelbergæ sunt, per literas testati sunt, se tui fratris D. Philippi amicam rationem habituros. Bene vale 18. Octobris. 1589.

EPISTOLA LX.

S Memoria Nominis tui sacra mihi est, Vir
 S. cl., & in dies virescens. Existimo autem
 & te